

Rákóczi-levelek.

(A bécsi cs. és kir. udvari könyvtárból.)

— Második, befejező közlemény.* —

16.

Sempte, 1705 október 25.

Gróf Bercsényi Miklós Máchai Viza János kalocsai nagyprépostnak és társának.

Ajánlom szolgálatomat Kegyelmeteknek.

Kedvesen vészem az követ uraknak¹ jöveteléről tudósító levelét és akarom, hogy feleségemmel² együtt az asszonyoknak is fog lehetni udvarolnom,³ kiben jóllehet előre tudós nem voltam, de értvén jövő szándékjokat, tétettem rendelést Nagyszombatban szállások iránt. Hogy peniglen Szencz felé igyekezniék útjokot intézni, tartom alkalmatlannak, mivel ott megszállani alkalmatosságok és szállások az pusztaság miatt nem lehet; disponálja azért, hogy Bazin felé jöjjenek, csak mivel sem tesznek nagyobb útat és arra felé tétettem az dispositiókat, kísérő hadakat is arra küldvén eleikben; Bazinban ebédelvén, e jövő kedden,⁴ alkalmatosan estvére beérkezhetnek Nagyszombatban,⁵ ugyanis ott jobb subsistentiával ebédelhetnek.⁶ Isten éltesse Kegyelmeteket szerencsés jó egészségben.

Senthe vára, 25. Octobris 1705.

Kegyelmeteknek

jóakaró szolgálja
G. B. Miklós mpr.

* Az első közleményt ld. idei I. fűzetünkben.

¹ Sunderland, Stepney, Rechteren és Hamel-Bruyninx, a kik mint közbenjárók készültek bemenni a nagyszombati békealkudozásokra.

² Csáky Krisztina grófnő.

³ Rechteren grófné és a szép Bruyninxné, a kik azonban csak később, november 2-ikán érkeztek meg Nagyszombatba.

⁴ Október 27-ikén.

⁵ Nem 27-ikén este, hanem október 28-ikán délután 1—2 óra közt érkeztek be Nagyszombatba. Fogadtatásuk fényéről Thaly: Bercsényi, III. 454—5. l.

⁶ Az ebédet Bercsényi adta 2 óraker: de mivel „szerdás“ (t. i. lengyelországi megmenekülése szerdai napjának emlék bőjtölő napja) volt, ő maga se nem evett, se nem ivott.

Akár szállásra, akár hálásra jobb lesz Bazinban; Géczi Gábor uram⁷ oda van már.

Külczíme: Reverendissimo domino Joanni Viza de Macha,⁸ episcopo Nesteralbensi, necnon Perillustri ac Generoso dominó Paulo Okolicsányi. Dominis observandissimis. Posonii.⁹

(Eredeti, rendezetlen anyag.)

17.

Érsekujvár, 1705 november 30.

Szluha Ferencz báró Szirmay István nádori itélőmesternek.

Illustrissime Domine Baro. Domine mihi colendissime.¹

Literas Ill^{mae} Do. V^{rae} una cum accluso extractu literarum domini Thill² condigno animi sensu recte eo tum accepi, cum in causa liberandorum captivorum ex parte Caesareanorum maius studium et sincerio rem agendi fidem unice desiderassemus, quae mihi et collegae meo semper ita cordi fuit, ut (nisi tribus ab hinc mensibus rem adeo christianam paulo remissius egissent Caesareani auditores) arbitramur universos bello hoc captos in anni confinio asserendos libertati. Idem tempus labitur, quod duos locumtenentes et unum signiferum, viros sane egregios ad parolam dimisimus, similis notae viris nostris Aradino et Petri-Varadino dimittendis compensandos, de primis duobus nec hucusque satisfactum, pro ultimo mora et taedio victi, non quem optavimus signiferum, verum quos miserunt, male habitos, inedia et laboribus fractos gregarios coacti fuimus acceptare. Cum tamen non alio opus erat studio, quam literis per nos eo transmittendis, ut sincera haec processisset compensatio, quae, ut sint superiori hebdomade ad nos transmissae, moram tamen praeteriti temporis et futuri, carceris onera quis compensabit?

Certe captivi de Styria adducti, ea severo tractandi modo vix speciem hominis praeferunt. Alii aestate missi, qui quadrante anni ex vulnere non curabantur, vermibus et putredine scatentes: quod Caesareani carne et pane copioso habito, interdum semper carcere soluti, nullis fracti laboribus, viri robusti, non testantur de nobis, si qui in specie et de nomine nostrates desiderantur, vix aliquando mittuntur, verum electione per Caesa-

⁷ Garamszegi Géczy Gábor ezredes Récsétől fogva Nagyszombatig 500 nyalka huszárral kísérte a követeket.

⁸ Máchal Viza János neszterfehérvári cz. püspök, kalocsa nagyprépost, cs. békebiztos, a ki nyitrai püspök szeretett volna lenni.

⁹ Hírneves ügyvéd, cs. békebiztos.

¹ Alkalmasint Báró Szirmay István nádori itélőmester és békebiztos.

² Thill János udv, haditanácsos és titkár.

reanos facta, debiliores et morbidī mittuntur, sanis rursus tamdiu carcere excruciatīs usque dum valetudinarii possint manumitti. Saepe ephoebi et dominorum suorum portis custodiendis adhibiti, apud nos Palotás vocati, non regni, sed privatae personae servi extradabantur.

Iaurini contra leges et sancitam ab utrinque methodum, nonnulli praetextuose rapti in supplicium, contra alios lata condemnationis sententia, neque tamen a nobis, mille causas habentibus, par pari hucusque redditum. Super quo etiam facto solenniter protestamur.

Custodes carcerum Caesareani, seu profus, lytrant dimittendos in aureo, cum ne menstruum quidem peditis salarium, libertatis lytrum in aureum excrescat, et sic tam lytrum, quam caput pro capite accipiunt, hic vero ne obellus quidem extorquetur.

Civis Strigoniensis actualiter arma gestans, et cum iisdem comprehensus fuit, aliunde omnes eiusdem loci incolae sunt armigeri et referentes partes nostras invadunt, si possent praedas acturi, hinc merito licet inter armatos dimissus fuit, tamen ne res captivorum christiana aliquot sentiret incommodum, per alium similem nostratem dimissum iam negotium solutum est.

Quod de loco medio, mutuae extradationi congruo, conventum a nobis non fuit, punctum ultimum regulae non obscure innotuit, ut hinc Ujvarino, inde Comaromio extradatio fiat, et sana nos metuere fecit ratio, quod proxime casus Soproniensis ostendit. Certe fides et sincerum agendi studium, omni medio loco deberent esse firmiora; cum tamen praeteritis diebus in loco mutuae extradationi captivorum ad parolam nobilitarem Excell^{mi} domini generalis Joannis Pálffy eo adductorum, meliore sinciore, domini colonelli Emerici Bezeredy fide, inter ipsum et commendantem Soproniensem, ex fundamento praemissae parolae designato comperitus vacillare: qui locus, velut parola affectus et ab utrinque electus, nec potuit, nec debuit armis violari, sapienti Ill^{mae} Do. V^{rae} submitto iudicio, consentaneum ne sit sinceritati, captivos ad locum a partibus designatum comitatos de via, vel loco armis abripere et an non idem locus ac ipsa, etiam comitiva bona fide et in favorem partis adverseae procedens, re ipsa quasi salvo conductu gaudeat? Non defuisse nobis etiam modos, captivos nostrates statim ex hoc, ut Comaromio educantur, a comitante vindicare armis, si bona fide non prohiberemur. Factum revera hoc dabit nobis ansam etiam in aliis maioris notae momentis, utcunque interpositam Caesareorum fidem vocandi in discrimen. Ea propter Ill^{mam} Do. V^{ram} officiose rogo, pro singulari suo zelo et sincera agendi cura, qua aprime in negotio hocce per Ill^{mam} Do. V^{ram} contestata experior, sacrum hoc liberandorum captivorum opus ita manuducere dignetur, ut incongrue armis erepti captivi Caesarei vel reducantur ad fatum, quo vel totidem nostrates e vestigio libertati asserantur; vereor enim, ne res mise-

rorum captivorum aliquod incurrat incommodum. Caeterum Illustrissimam Dominationem Vestram diutissime salvam et incolumem supervivere exopto, et maneo

Ill^{mae} Dominationis Vestrae

Újvarini 30. 9-bris 1705.

Külczimes lapja hiányzik.

servus obligatissimus

Franciscus Szluha mpr.

(Eredeti, sajátkezű; rendezetlen anyag.)

Ez a levél érdekes adalék a hadifoglyok kiszabadítása és kicserélése ügyében követett eljárásra nézve. Az ez ügyben kötött cartella szerint a kuruczoknál levő rabokat Érsekújvárra, a császáriaknál levőket pedig Komáromba szállítják s rabjaikat kölcsönösen ezen a két helyen cserélik ki. (Arch. Rákócziánium, I. 388.) A fejedelem 1705 október 20-ikán küldte meg válaszáat a közbenjáró külföldi követeknek a rabok szabadulása iránt benyújtott emlékiratára. (U. o. I. 457—459.) A rabok kicserélése ügyét mindig Szluha Ferencz érsekújvári praefectus, mint Cartellae Commissarius intézte. S mivel „abban neki egész notitiája van,“ a fejedelem később (1706 szeptember 16.) sem látta szükségesnek, hogy ezt a dolgot az egyebekkel elfoglalt Andrassy és Bezerédj vegyék kezökbe. (U. o. I. 681. és IX. 437.)

18.

[1705.]

Szirmay István Savoyai Jenő herczegnek.

Serenissime Princeps¹ Domine Domine et Patrone benignissime!

Ob ardua negotia, quibus Serenitas continue obruitur, iam ab aliquot diebus accessum non valens obtinere, demisse accludo reinventarum Rakóczii literarum copiam. Et si quidem tertius iam agitur mensis, a quo ad mandatum Serenitatis V^{rae} me hic detineo, nullam in propriis instantiis, in quibus partim ex gratia, partim ex iustitia per patrocinium Suae Serenitatis sperabam me obtenturum consolationem, hactenus assequi non valui; hinc neque ulterius inanibus expensis (aliunde satis obberratus) subsistere queo, sed iam cum gratia annuente Posonium redire intendo, et si Vestra Serenitas dignabitur, quid mihi benigne praecipere, semper ad obsequia ero promptissimus V^{rae} Serenitati, quam ad vota propria feliciter valere desidero, ac persevero

Eiusdem Serenitatis Vestrae

Czim és keltezés hiányzik.²

Humillimus servus

Stephanus Szirmay mpr.

(Eredeti, sajátkezű; 75. 38. sz.)

¹ Savoyai Jenő herczeg.

² Az 1705. évi alkudozások idejéből lehet.

19.

Nagyszombat, 1706 januárus 12.

Okolicsányi Pál Névtelennek.

Excellentissime Domine!

Quia cum principe colloqui per hos dies,¹ quibus hic res agitari coeptae sunt, non data mihi est occasio, igitur per literas principi ex me ipso significare ea consultum visum erat, quae ex parte Augustae Aulae ad eum, a proposito consequendi principatus Transylvanici dimovendum, facere mihi videbantur; quanquam vix ulla ratio occurrit, quam ante hac quoque, expresso mandato defuncti domini comitis Kaunicz,² pluries cum domino episcopo Visa non iterassem. Nunc vero potissima principem urgendi ratio visa est, quod ab Augusta aula nobis obiciatur, contrarium nempe a principe, ipso facto agi et exerceri, quam verbis profiteri in vulgus prae se ferat. Namque esto saepe protestatus fuerit, nec privatum quaerere se, nec suam personam in obicem paci positurum, attamen titulis Transylvaniae principis palam iam uteretur. Ad hoc itaque respondisse mihi principem, V^{rae} Excellentiae significandum duxi, nunc etiam insistere illum suae declarationi et omnino nihil quaerere privati. Addit autem, quod status Confoederati (quantum arbitrator, Hungaros aequae et Transylvanos intelligit) id non existiment privatum esse, quod publicae pacis ac securitatis fundamentum est. Mirari igitur se, quod hoc ab Augusta Aula privatum habeatur. Istud attamen cum a se, ad eosdem status relegare. Caeterum tanta contestatione promptitudinem ad pacem declarat in literis, ut quemadmodum saepe verbis quoque se expectoravit, ita sane velit opere ipso contestari. Inter alia enim in hunc tenorem et sensum, sed Hungaricis verbis scribit: Vellem, inquit, persuasam esse posse aulam quod haec me (id est quod promptus sit ad pacem) facere, neque armadae suae in Transylvaniam ingressus, neque metus cogit, sed unice in patriam sincerus amor. Et hinc digreditur nunc quoque non meliorem fortunam vicesque Suae Maiestatis Saeratissimae armadam in hieme habituram, quam habuit anno elapso. Nihil inde lucri referre Suam Maiestatem Saeratissimam, quod aliquoties Hungari dissipati sint. Et mox utinam,

¹ Rákóczi Erdélyből a zsigódi vereség után visszatérve, 1705 december 11-től fogva a tiszáninneni részekben, a nagyszombati alkudozásoktól nagyon távol tartózkodott s 1706 januárus 22-én már Miskolczon volt, hová a senatust a békealkudozások érdekében összehívta. Okolicsányi Pálhoz 1705 deczemberében két levelet is írt (Arch. Rákóczianum I. 448—9.); 1706 januárus 4-én szintén levélben fordult hozzá (U. o. I. 462.) s így érthető, hogy ezekben a napokban Okolicsányi nem élőszóval, hanem csak levélben fordulhatott Rákóczihoz.

² Kaunitz János Vilmos (1700 deczember 17-ike óta birodalmi gróf) miniszter 1705 januárus 11-én halt meg.

aít, privatum quaesivissem! None iam plus effecissem, aliorum exemplo Tucícae genti adhaerendo? Ad quod (ut video) magno cum animi dolore mox cogar, si huius quoque tractatus par fructus fuerit, ac aliorum. Hoc vero minas esse nemo putet (quia minari mihi non convenit), verum potius christianum ac erga patriam filialem, adeoque sanguinem fundere non sitientem, sed pacatam libertatem anhelantem affectum crediderit. Deinde progreditur, scribitque, non omnium dierum solem occidisse et fortunam, quae hodie eiulatum, cras daturam esse gaudium.³ Et iterum de re Transylvanica, ad status provocat, quod mea opinione eo spectat, ac si diceret, status ex iure et privilegiis praetendere, ut electio, quae ipsum attinet, salva manere possit. At vero meae hic, quantum reor, nullus locus opinioni est. Ergo preces saltem ad Deum fundo, ut iam satis sit eius in peccata mortalium iustae vindictae. Misereatur tantae tot milium calamitatis effusique sanguinis! Et praebere pro sua infinita misericordia et potentia modum dignetur, quo aut princeps Rákóczi cedat iuri, iam sibi per electionem qualemcunque attributo, aut Sua Maiestas Sacratissima in gratiam publicae salutis et tot aerumnarum (ni pax fiat) miseris ac innocentibus populis suis, impendentium avertendarum causa, electionem Transylvanorum ratam esse benigne velit! Hoc unico medio Augusti praedecessores huiusmodi acerrima ac diuturna bella (postquam pariter longo tempore aegre induci potuissent) tandem composuere. Nihil novi, nihil insoliti faceret Sua Maiestas Sacratissima, si suo regali iure retento, isto modo tam atrox tamque pertinax hoc bellum Hungaricum componere dignaretur. Imo et Hungariae, et Transylvaniae rex permanens, pace domi clarum se, foris autem, totis viribus alio conversis, Deo iuvante, formidabiliorem redderet. Et quia dedit princeps occasionem, igitur ego vicissim respondi, nihil benignae menti Suae Maiestatis Sacratissimae, neque publico tractatui praeiudicans, quin imo facilitare intendens. Si quid rescripserit, non negligam imposterum quoque ad Excellentiam V^{ram} referre, sive placeat V^{rae} Excellentiae quidpiam mihi rescribere, sive non.

Dominus Archiepiscopus⁴ et domini mediatores Hollandi, non inconsultum iudicant, ut suadendae accelerationis et eorum genuine repraesentandorum causa, quae iam ex parte Suae Maiestatis Sacratissimae declarata sunt, ut cum domino Szirmay me ad concursum dominorum Hungarorum in Miskocz, hinc confaram.

Datum Tyrnaviae, die 12. Ianuarii 1706.

Excellentiae Vestrae

Humillimus servitor

Külczimes lapja hiányzik.

Paulus Okolicsány mpr.

(Eredeti, sajátkezű; rendezetlen anyag.)

³ Itten ártirt levelének eredetijét nem ismerjük.

⁴ Kollonitsch Lipót biboros, esztergomi érsek.

20.

Nagyszeben, 1706 április 10.

Gróf Bánffy György kormányzó Till János bécsi udvari hadi tanácsosnak.

Illustrissime Domine Domine mihi colendissime!

Mea debita obligatio summaque erga V^{ram} Ill^{mam} Dominationem devotio iubet, ut per praesentes Ill^{mae} Dominationi V^{rae} inserviam, negotiorumque huius provinciae iamiam extremam ruinam et desolationem capientis aliquam notitiam exhibeam, unde nihil plane, nisi lamenta ac lachrimas cum suspiriis et gemitibus ex contributionum insolubilitatis impossibilitate, onerumque importabilitate, cum desolatione finali et summa miseria, ac ut uno verbo dicam, desperationem miserae plebis Illustritati V^{rae} exprimere possum. Quae quoniam in aliis ad V^{ram} Ill^{mam} Dominationem nomine gubernii expeditis, uberius et particularius habentur expressa, earundem repetitione fastidium parere nolo, verum Ill^{mam} Dominationem V^{ram} cum respectuosa fiducia rogo, dignetur extremam plane diem desolationis et ruinarum claudenti huic provinciae consolationem aliquam apud Suam Sacratissimam Caesaream Regiamque Maiestatem, dominum, dominum nostrum clementissimum efficaciter impetrare, ut ad ulteriora etiam Suae Maiestatis Sacratissimae servitia aliquantulum se recolligere provincia valeat. Quam dum per Ill^{mae} Dominationis V^{rae} efficax patrocinium impetrandum huic provinciae mihi constanter polliceor, Eandem et me, meas quoque humillimas instantias particulares ulteriori Ill^{mae} Dominationis V^{rae} efficaci promotioni recomendo, Illustritatemque V^{ram} divinae tutelae devoveo et maneo Illustrissimae Dominationis Vestrae

Cibinii, 10. Aprilis 1706.

Servus obligatissimus

Comes Georgius Bánffy¹ mpr.

Külczíme: Illustrissimo domino Joanni a Till, Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestatis Excelsi Consilii Aulae bellici consiliario et intimo referendario, Secretario etc. Domino mihi colendissimo. Viennae.

(Eredeti, sajátkezű; 66. 29. sz.)

21.

Nagyszombat, 1706 május 26.

Szirmay István Névtelennek.

Illustrissime Domine Fautor mihi colendissime!

Quandoquidem pro inchoatione tractatus pacis hesterna ordinata

¹ Bánffy Györgyöt, a lefejezett Dénes fiát, Erdély rendjei 1691 januárius 17-én választották meg kormányzónak és I. Lipót 1692 januárius 5-én erősítette meg. 1696-ban pedig grófi rangra emelte. Meghalt 1708 november 15-én Szebenben, 47 éves korában.

fuerit,¹ eadem ego ex termis Pöstiniensibus² hucce Tyrnaviam redii, tantum tamen heri apparentiarum quantum hodie experiri potui. Dum hodie apud Excellentissimum dominum a Rechtern³ fuissem, dixit Sua Excellentia se principi erat scripturam et negotium adursuram.⁴ Spargitur, principem et dominum comitem Bercsényim cras Szeredini affuturos,⁵ quos quamprimum eo pervenisse inaudivero, illico me ad eosdem conferam. Passum pro devectione annonae in 4 Danubialia praesidia deputatae adurgebo quidem, praevideo tamen mihi obiectum iri, lustram prius ex ratione punctorum armistitii per excelsam mediationem peragendam esse, hinc necessum esset, si eadem Ill^{ma} Dominatio V^{ra} eandem admaturaret. Si quid certi constat Ill^{mae} Dominationi V^{rae} de reditu Excellentissimi domini comitis a Vratislau, rogo per quam humaniter non gravetur me eatenus certiorare.⁶ His me experto favori commendans maneo Illustrissimae Dominationis Vestrae

Datum Tyrnaviae, 26. Maii 1706.

Külczimes lapja hiányzik.

Servus obligatissimus

Stephanus Szirmay mpr.

(Eredeti, sajátkezű; 75. 38. sz.)

22.

Püspöki, 1706 július 1.

Báró Révay Imre ezredes gróf Stainville István erdélyi kormányzóinak.

Illustrissime Domine Comes mihi observandissime!

Literas Dominationis V^{rae} honorifice percepi, ex quibus intelligo, armistitium esse prolongatum ad vigesimam quartam praesentis.¹ Quamvis hucusque desuper nullos perceperim ordines (quos tamen omni momento exspecto) nihilominus tamen credo, literis Ill^{mae} Do. V^{rae}, sic usque or-

¹ Azonban József király csak ezen levél iratása napján, Rákóczi pedig június 6-án nevezte ki a békebiztosokat.

² Rákóczi Kistapolcsányról 1706 május 13-án írt levelében kívánta is Szirmaynak, hogy kívánatos hasznát vegye a pöstyéni fürdőknél. (Arch. Rákóczianum, I. 543.)

³ Gróf Rechteren hollandi követ, békeközvetítő.

⁴ Wratislaw grófot Rechteren már május 24-én biztosította, hogy írt Rákóczinak és a senatusnak ebben az ügyben. (Simonyi, Angol dipl. iratok, III. 45.)

⁵ A fejedelem azonban május 20 ról augusztus 4-ig Érsekújvárott lakott, a hová a senatus üléseire május 22-én Bercsényi is bement.

⁶ Rákóczi csak június 19-én biztosította Szirmayt, hogy Wratislaw miniszternek, a cseh kanczellárnak, ha csakugyan el akar jönni hozzá, útlevelét küld. (Arch. Rákóczianum I. 554.) Wratislaw látogatásáról Rákóczinál s Bercsényinél ld. Simonyi id. h. 104—110.

¹ Június 29-én József király valóban beleegyezett, hogy a május 8-án kötött fegyverszünetet, melyet mindkét részről május 16-án hirdettek ki, július 24-ig meghosszabbítsák. (Simonyi id. h. III. 94.)

dinum perceptionem passive me habebō omnesque excursiones vel alias hostilitates patrandas prohibebo. Perceptis ordinibus ego quoque rem armistitii Ill^{mae} Do. V^{rae} notificare minime intermittam.

Praeteritis diebus prior dominus commendans Poseniensis² institit apud me ratione quatuor boum, quos ad instantiam eiusdem ad parolam eidem domino commendanti miseram; non scio, qua ex causa boves et pecuniam detinuit, scripsitque hoc fecisse ex mandato Ill^{mae} Do. V^{rae} ad instantiam alicuius hominis Köpcsiniensis. Scio quidem cuidam homini quatuor boves esse detentos per dominum colonellum Szalay,³ et quidem iuste iuxta datam de limitibus instructionem, sed siquidem illi boves mei proprii, minime autem hominis Köpcsiniensis extitissent, sic rogo Ill^{mam} Do. V^{ram} vel boves, vel pretium boum mihi mittatur, quia non boves verum per dominum commendantem priorem peracta vexa me male habet, non enim decet unum talem unum cavallerum et quidem commendantem parolam violare. Si aliquid praetensionis esset, requirendus est dominus colonellus Paulus Szalay. Spero superinde habere me condignam satisfactionem, ne fiat aliqua causa reciprocandi. Responsum praestolaturus maneo

Illustrissimae Dominationis Vestrae

in licitis et condignis servus observandissimus

Pöspök,⁴ 1. Julii 1706. Emericus L. B. de Reva⁵ mpr.

Külczíme: Illustrissimo comiti ac domino, domino Stainville,⁶ Suae M^{tis} Sacra^{mae} Generali commendanti. Domino mihi observando.

(Eredeti, sajtókezű; 104. 13. sz.)

23.

Nagyszombat, 1706 július 15.

Szirmay István Névtelennek.

Illustrissime Domine Fautor mihi colendissime!

Nos hic meditabundi temporizamus, adventum Excellentissimorum ac Illustrissimorum dominorum mediatorum praestolantes, qui quamvis hodie exspectetur,¹ ad satisfaciendum nihilominus obligamini meo, ex quo

² Gróf Zinzendorf Ferdinánd cs. ezredes.

³ Szalay Pál kurucz ezredes Püspökiből (honnán Révainak ez a levele is kelt) 1706 május 1-én ment Pozsonyba hódolni a fejedelemasszonynak, Rákóczinál s akkor Zinzendorf cs. ezredessel egy kocsiban ment udvarlására. (Thaly: Bercsényi III. 675.)

⁴ Püspöki, Pozsony vármegyében, a somorjai járásban.

⁵ B. Révay Imre ezredes.

⁶ Gróf Stainville cs. altábornagy és főhadparancsnok, 1710. júniusától Erdély főhadparancsnoka. Rokonszenves jellemzése Csereiné, *Históriája* 443—4. l.

¹ Bruyninx és Stepney Pozsonyból valóban még aznap d. u. 2 órakor megérkeztek Nagyszombatba; Rechteren 16-án jött meg. (Thaly: Bercsényi III. 771.)

ignorem, dominus Seiffried² generalis belli-auditor an Posonii vel Comaromii subsistat, Ill^{mae} Do. V^{rae} notifico dominum comitem Bercsénium commisisse, ut captivorum hic in vicinis locis asservatorum ad quadraginta Comaromium deducantur, erga quietantiam praedicti domini Seiffried, aut eo absente alicuius officialis, cui id committetur, libertatem consequuri; quantum tamen ad officiales, nisi Gallus ille captivus, La Rivière dictus,³ dimmittatur, vixi aliquis extradabitur; num autem Trencsinii detenti cuiusdam Andreae Meleg erga quietantiam dimittendi ordinis rogantur prout et ratione alterius cuiusdam ex compania capitanei Rengel, nunc Sopronii asservati. Caeterum me pristino favori commendans, maneo

Illustrissimae Dominationis Vestrae

Datum Tyrnaviae, 15. Julii 1706.

Servus semper obligatissimus

Stephanus Szirmay mpr.

Külczimes lapja hiányzik.

(Eredeti, sajátkezű; 75. 38. sz.)

24.

Pozsony, 1708 márczius 27.

Gróf Keglevich Ádám Névtelennek.

Illustrissime Domine mihi observandissime!

Adveniente Hesterna posta Viennensi, non exigua animi mei conturbatione dominus comes Joannes Draskovich¹ promulgavit publice gratiam Suae M^{is} Sacra^{mae} penes titolare campi vigiliarum generalis officium, etiam Rang ac Gasi obtinuisse; palam nota sunt Ill^{mae} Do. V^{rae} multifaria mea fidelia, eaque utilia iam inde a iuventute, in militia praestita

² Seyfrid János Henrik Szluha Ferenczcel együtt még azévbén egy tervezet készített a foglyok kicserélésére nézve, melyet Rákóczi levéltárában 1731. sz. a. iktattak. (Arch. R. I. 31.)

³ Jean de la Rivière hadmérnök, tüzérezredes szabadulása iránt Rákóczi már 1706 márczius 13-án lépéseket tett és szeptember 20-án Zsilizen szívesen fogadta a megszabadultat (Arch. R. I. 489., 491., 623.)

¹ Draskovich Jánosról már 1703 június 23-ikán azt beszélték, hogy kurucz lett (Gyulai Ferencz kézirati naplója 9. l.) s egy 1705 október 14-iki hír szerint Nedeczkynek is azt mondta volna (Arch. Rákóczianum IV. 701—2), hogy átvinné az ármádát, ha őt magyarnak ismernék el, jószágát meghagynák stb. Azonban hűségesen szolgált a császáriaknál s ő vitte meg Bécsbe Herbeville jelentését a zsbói csatáról (U. o. IV. 754.). Mosony megyében Géczy Gábor 1706 áprilisében 3 zászlót vett el tőle s remélték, hogy Oroszvár alól Horvátország védelmére különben is visszavonul (U. o. V. 83., 104., 118.), de a jövő esztendőben is a Dunántúl harczolt, Pereszteg táján egyesült Pálffy hadaival, azonban 1707 december 19-ikén Balogh Ádám a mosonyi Szolnoknál fölverte s december 25-ikén a tőle elvett lofogóval vonult be Sümegre. (U. o. IX. 387., 458., 463—4.). Most, a mikor Keglevich sérelmével tábornokká nevezték ki, a kitüntetést azzal hálálta meg, hogy 3000 horvátját Heisterhez akarta vezetni, de Esterházy Antal szétszórta muraközi és légrádi sánczeit.

servitia, pluribusque functionibus in imperio regimine primum Czoboriano ² capitanei, ex post vero, eo defuncto, ³ et regimine in dominum comitem Adamum Kollonich devoluto vicecolonelli officio perfunctus, contra Turcam etiam cum banis Croatiae, comitibus Nicolao Erdődy ⁴ et Adamo Batthyány ⁵ variis in expeditionibus praesens fui, non absimiliter praesente tumultuosa seditione Rákócziana cum comite Joanne Pálffy militaria iteratis vicibus praestiti servitia, ⁶ pro quibus cum summa Ill^{mae} Do. V^{rae} quoque cooperatione, me ac patrualem meum comitem Petrum Keglevich ⁷ in munium campi vigiliarum generalis praefecti, et quidem ante memoratum dominum comitem Joannem Draskovich Sua Sacra^{ma} Maiestas clementissime resolvere dignata fuit, qui aliunde non nisi tres companias tota vita sua perfecit, nulloque antea officio militari functus, perspecta etiam sunt nullus dubito Ill^{mae} Do. V^{rae} avitae familiae mea fidelia ac utilia, quibus semper erga domum Augustissimam Austriacam afficiebantur servitia, sic etiam genitoris mei, qui praeterito disturbio Tekeliano, amissis suis omnibus bonis, in Suae Maiestatis Sacra^{mae} fidelitate perseveravit, non exigua etiam ego, derelictis omnibus Hungaricis meis bonis, ingente hoc tumultu unice propter fidelitatem sentire cogor damna, quibus igitur visis totius familiae meae, ita et meis militaribus servitiis piaereminentiae gloriosissimus imperator Leopoldus benignissima sua nos gratia afficiendo, eo tum etiam in resolutione domini comitis Ioannis Draskovich, quoad praescitum officium condignum servitiorum nostrorum habendo respectum clementissime eidem praeposuerat.

Allegantur quidem per memoratum dominum comitem nonnulla in equis ac curribus decursu suarum companiarum damna perpessa, anno tamen praeterito per Excellentissimum campi mareschallum generalem Guidonem à Starhremberg in bis mille contentatus, anno praesenti a Sua

² Gróf Czobor Ádámnak 1688-ban felállított huszárezredében; a mai 9. számú huszárezredben.

³ Czobor tábornok Zrinyi Miklós tanítványa, még azon évben elhunyván, ezredének tulajdonosa Erdődi gróf Pálffy János lett.

⁴ Erdődy Miklós 1670 márczius 29-ikén lett báni helytartó, 1680 április 10-ikén valódi horvát bán s mint ilyen halt meg 1693-ban. 1686-ban részt vett Buda visszafoglalásában s a dubiczai, 1687-ben pedig a koztajniczai csatában. Ezen levél szerint Keglevich is vele volt.

⁵ Gróf Batthyány Ádám 1693—1703-ig (haláláig) volt horvát bán; 1688-ban Székesfehérvárat, 1689-ben Kanizsát ő foglalta el.

⁶ Ezekről a szolgálatokról az Archivum Rákóczianum semmit sem jegyzett föl. Nem tud róluk Margalits Horvát Történelmi Repertoriuma sem. Annál becsebbek itten közölt önéletrajzi adatai. 1704-ben Keglevich a Muraközben örködött csapatával. (Századok 1872. évf. 514.)

⁷ Keglevich Péter (született 1603-ban) érdekes naplójegyzeteket tett, a melyek 1661-ig terjednek és a Magyar Történelmi Tár 1867. évi folyamában jelentek meg; XIII. kötet, 238—249. l.

M^{te} Sacra^{ma} assignatione mediante duo millia quingentos percepit, ipsum etiam regnum Croatiae intuitu horum mille ducentos quinquaginta numeravit et praeter hoc nullum penitus facultatum ac bonorum suorum perpressus est detrimentum.

His omnibus intellectis et aliunde etiam perspecte Ill^{mae} Do. V^{rae} notis, obsequiosissime rogo praetitulatam Do. V^{ram}, sicut iam saepius affectum eiusdem et promptum faciendi zelum expertus sum, ita et in hac demissa mea instantia sua affectione deesse non dedignabitur, neque per promotionem praememorati domini comitis Joannis Draskovich mihi tamquam in officio praememorato seniori alignod praeiudicium Sua Maiestas Sacra^{ma} inferre velit, verum si iam altetititata Sua Maiestas Sacra^{ma} eundem dominum comitem Joannem Draskovich, praevio modo cum Rang et Gasi denominare dignata fuisset, me quoque tum in militi, tum etiam officio generalis vigiliarum praefecti seniore gratiosa Ill^{mae} Do. V^{rae} cooperatione mediante, eidem domino comiti Joanni Draskovich anteponere dignetur, Sua Maiestas. Sacra^{ma}, quem Ill^{mae} Do. V^{rae} favorem et patrocinium maxima cum gratiarum actione et affectu ipso condigne remereri et remunerari studebo. Eandem in reliquo ad vota sua diu et feliciter valere exoptans, permaneo

Illustrissimae Dominationis Vertrae servus obligatissimus

Comes Adamus Keglevich mpr.

P. S. Casu quo ultra spem meam hanc intentionem assequi neutiquam pro num possem, rogo Ill^{mam} Do. V^{ram} saltem praefati comitis usque ad adventum Ser^{mi} principis Eugenii, eiusdem expeditio differatur, in eo adlaborae non gravabitur, et peto responsum de his mihi dare non dedignabitur Ill^{ma} Do. Vest. a.

Posonii, 27. Martii 1708.

Külczimes lapja hiányzik.

(Eredeti, sajátkezű; 99. 12. sz.)

25.

Wien, 1708 július 18.

Báró Ebergényi László altábornagy Savoyai Jenő hercegnek.

Durchleuchtigster Herzog, gnädigster Fürst und Herr, Herr!¹

Euer Hochfürstliche Durlaut erstatte vorderst unterthänigsten Dank für die hohe und gnädigste Recommendation, welche dieselbe an Iro Kais. Mt. wegen meiner erhaltenen Promotion² zu thuen geruehet haben, so ich als ein treu unterthänigster Kaiserlicher Vasallabzudienen lebenslang beefriget verbleiben werde. Anbeiebens mich erkühne für meines

¹ Savoyai Jenő herceghez intézve.

² Ekkor lett cs. altábornagy.

unterhabenden Löbl. Hussaren-Regiments³ Obristenleutenant Herrn Grafen Georg Csáky,⁴ weilen der darbei als Obrister gestandene Herr Gyulay⁵ nunmehr mit Conferirung des Kais. Heiduken-Regiments⁶ anderwärtig accommodirt worden, eine unterthänigste Bitte einzulegen. Euer Hochfürstl. Dt gerueheten gnädigst in Consideration seiner viel jährigen treu und wohl geleisten, ohne Unterbruch continuirenden Kriegsdiensten, dadurch erworben und habenden Meriten, bei allerhöchstgedachter. Iro Kraiss. Mt. denselben dahin in Gnaden zu recommendiren, damit er zu dessen suechender Consolation mit der Obristenstelle allermildist begnadiget, und bei erwähnt meinem Regiment als Commendant stehen, folglich dardurch sich ereignen möchte, damit ich nach dessen erhaltenen Avancement andere schon, so alte und wohl meritirte Officiers bei oft berührtem meinem Regiment zu mehrerer Animirung und eifriger Fortsetzung Kaiserlicher treuschuldigsten Diensten gleichfalls avanciren lassen könne; der mich hiemit zu beharrlicher hochfürstlicher Hulden und Gnaden unterthänigst empfehle und in alltreu gehorsambster Submission lebenslang verbleiben werde.

Euer hochfürstlicher Durchlant

Wien den 18. July 1708.

unterthänigster gehorsamster Diener

F. M. L. Ebergényy mpr.⁷

(Eredeti, 25. 6. sz.)

26.

Buda, 1708 szeptember 12.

Balog István I. József királynak adott hitlevele.

Ego infra scriptus recognosco per praesentes reversales, quod pro nunc vigore homagii hodie praestiti in constanti fidelitate et devotione Sacra^{mae}. Suae Majestatis permanere, commodum et utilitatem promovere, e contra omne malum avertere et sic in perpetuum infidelitati ac crimini laesae Maiestatis resignare velim; ita quidem, quod si ab hoc homagio

³ 1700 óta a 9. sz. huszárezred tulajdonosa volt.

⁴ Gróf Csáky György Imre (szül. 1677. † 1742.) 1724 óta ugyanezen ezred tulajdonosa és altábornagy, résztvevett a törökök és a francziák elleni hadjáratokban.

⁵ Gróf Gyulai Ferencz (szül. 1674 aug. 11. † 1728 október 18.) 1703 április 16-ikán a mai 51. sz. gyalogezred alezredese, 1706-ban ezredese lett.

⁶ 1707 december 20-ikán lett a Bagossy-féle (most 51. sz.) gyalogezred tulajdonosa mint ezredes; 1716 május 7-ikén nevezték ki vezérőrnagynak, 1723 október 13-ikán altábornagynak. (Maendl, Gesch. des Inf. Reg. Nro 51., I. 587.) 1703 június 1-től 1704 december 12-ig vezetett kézirati naplója az 51. gyalogezred tulajdona.

⁷ Báró Ebergényi László altábornagy, majd tábornagy. 1697—1724-ig (holtáig) 4000-nél több levele van a Csákyak szepesmindszenti levéltárában. (Századok 1875. évf. 92—95. l.)

fidefragialiter resiliero, me omni poenae, prout homagium praestitum in se continet, subiicere velim. In harum fidem has reversaler scienter et libere in contestationem debitae submissionis subscripsi et sigillo munivi.

Actum Budae, 12. Septembris. Anno 1708.

Coram me Gregorio Miklesi mpr.

Stephanus Balog¹ mpr.

(Eredeti, 89. 8. sz.)

27.

Érsekujvár, 1708 október 9.

Gróf Heister Zsigmond tábornagy báró Pfeffershoven¹ altábornagynak.

Wohlgeborner Freiherr! Hochgeehrtester Herr General-Feldmarschall-Leintenant!

Demnach dem Herrn General-Wachtmeistern Baron Salzer von Rossenstein² die Auswechslung deren Kriegs-Gefangenen alleinig aufgetragen worden, damit nun derselbe eine vollständige Abrechnung mit dem Feindt vornemben könne,³ als wolle der Herr General-Felmarschall-Leintenant wegen den ausgewechselten Gefangenen die quittung einschicken, als auch selber künftighin die überkommene Gefangene alsogleich benachrichtigen, und was erwähnter Herr General in Gefangenschafts-Sachen erindern würdet, in guter Correspondenz stehen. Womit verbleibe meines hochgeehrtesten Herrn General-Feldmarschall-Leintenant

Feldtlager bei Neuhäusel, den 9-ten 8-bris. 1708.

Dienstschuldiger Diener

S. Gr. Heister mpr.⁴

Külczíme: Monsieur Monsieur le Baron de Pfeffershoven leintenant maréchal de camp, Général et Commandant de Sa Majesté Impériale à Bude.

Hátlapján: Den 13. Octobris geantwortet und zugleich den Todt-fall des Herrn Ingenieur Obristleutenant Baron de du Mont erindert.

(Eredeti, 32. 45. sz.)

¹ Nem szabad összetévesztetni Galanthai Balogh István brigadérossal, a ki Rákóczi és a confoederatio mellett mindvégig kitartott. Ez az a Győri Balogh István „nyalka voluntér kapitány,” a ki Bercsényi mellett volt, de ott fogságba tették, mert öcscsét megölte; a prófustól elszabadulván, beszökött Budára. (Bercsényi a fejedelemhez 1708 szeptember 14. Arch. R. VI. 78.)

² B. Pfeffershoven altábornagyhoz szól. Az egész fölkelés ideje alatt ő volt Budavár parancsnoka.

³ Salzer mint ezredes majd vezérőrnagy volt a kartellbiztos; 1705 végén maga is a kuruczok hadi fogságába jutván, Fiervilléért cserélték ki.

⁴ Salzer írt is már korábban Bercsényinek, a kinek 1708 szeptember 20-iki jelentése szerint „az rabok iránt nincs s nem is lehet recensebb az Salczer levelénél.” (Arch. R. VI. 89.) Ő az a komáromi parancsnok, a ki Bercsényi másnapi levele szerint hajlandó kiadni minden trencsényi és újhelyi rábot. (U. o. VI. 92.)

⁵ „Meghagytam — jelenté Bercsényi a fejedelemnek november 15-én — Szluha írja meg Salczernek Komáromba: csak azért sem megyen Haiszter, hogy bátyja tyrannismusságának repressaliájul való példáját vihesse Bécsbe, ha (bátyja) nem desistál.” (U. o. 172.)

28.

[Wien, 1711 márczius 2.]

Gróf Pálffy János tábornagy a bécsi udvari hadi tanácsnak.

P. S. Auch Hochlöblicher Kais. Hofkriegsrath!

Es ist zwischen mir und dem Ragozzi die *Suspensio armorum* bis erfolgende Kais. Resolution dergestalten bewilliget worden,¹ dass mittels dieser Zeit keine Hostilitäten verübet, sondern die trouppen beederseits in statu quo verbleiben; hingegen in Caschau das geringste eingebracht werden solle.² Nun hat ungehindernt dessen die Caschauer Guarnison sich zu fouragiren und Holz einzuführen unterfangen, worüber man den dasigen Commandanten Daniel Esterházy gewarnet, sich dessen zu enthalten, als widrigens man seine Leute mit Gewalt zurücktreiben werde; weilen aber dieses nicht fruchten wollen, als hat man vor etlich Tügen 30 derlei Fouragire niedergehauen, und da über dieses vor 3 Tügen der Feindt mit 1000 Mann ausgegangen, hat der Herr Obrister Sehr das Glück gehabt, solche zurückzutreiben und über 200 Mann auf dem Platz zu erlegen, worunter der Oberster³ Réthey János (welcher ein schlimmer und halsstarriger Mensch gewesen) sich befinden solle; ich zweiffle nicht, der Feindt werde dieses anzichen, allein bin ich schon vorgekommen und dem Károl⁴ erindert, dass wan die Caschauer Guarnison wider die *Suspensionem armorum* handle, man Gewalt mit Gewalt abzutreiben bemüssiget sein werde.

Sonsten befinden sich gegen 200 alte Berenische⁵ Recrouten in Steiermarkt, welche zu Ersparung deren Commandirten zu den anheerigen Recrouten zu beordern wären und mit solchen zu dem Regiment marchiren kunnten.

Übrigens befindet sich bei mir kein Generaladjutant; es ist zwar Herr Baron de Seigney vor einiger Zeit anhero gekommen, welcher bis dato unpässlich und schlechte Lust zeigt, die Generaladjutanturscharge zu exercieren, sondern als Oberstleintenant dienen will. Nun ist der andere Herr Graf Stirumb wider dessen Person zwar nichts auszustellen weiss, alleinig selben nicht gebrauchen kann. Vor einem Jahr hat bei dem Herrn Feldtmarschallen Grafen Heister der Herr Baron Uittorff die Generaladjutanturscharge verrichtet, auch ist selbe mit einem Interims decret hierauf

¹ Ezt a fegyverszünetet Rákóczi és Pálffy a vajai találkozón 1711 februárius 1-én személyesen kötötték meg s a fejedelem másnap Munkácson azonnal kihirdette.

² Kassán a fejedelemnek még 5—6000 embere volt Esterházy Dániel tábornok parancsnoksága alatt.

³ Réthey János ezredes és brigadéros.

⁴ Báró Károlyi Sándor tábornagy.

⁵ Báró Berényi György, ekkor már labancz, a ki 1720-ban grófi rangot nyert.

versichert, und ein gueter auch der Ingenieurskunst verständiger Officier ; geruehet also bei Einem Hochlöblichen Kais. Hofkriegsrath selben anhero, und zwar je ehender, je besser zu schicken, womit ut in litteris

Johann Graf Pálffy (mpr.)

Hátlapján: Exp. 2. Martii 1711. Fiat extractus intronotatus pro Camerae [Scepusiensis] commissariatu. *Factum*.

(Eredeti, 24. 93. sz.)

29.

Lemberg, 1711 április 10.

Gróf Bercsényi Miklós Szentiványi János ezredesnek.

Ajánlom szolgálatomat Kegyelmednek.

25. datált száz esztendő s észszel írott levelit Kegyelmednek vettem, bár sokan s olyak kiváltképpen, kiknek de necesse köll lenni, volnának Kegyelmednek írása szerint való opiniójok, s megösmérhetnék *quid requiratur ad sinceritatem, unde salus sperari possit*; de már holnap az napja az armistitiumnak,¹ az ki elválasztja külső dolgainknak dolgát, azért arrúl nincs mit írnom már, hanem az itt benn valókra leírhatom Kegyelmednek, hogy már Istennek hála, az Czár elérkezett Luczkára,² ide 18 mérföldnyire vagyon, az hová *cum optimis praeliminaribus* hivatattam; holnap indulunk. Elhozta azért már az Isten ezen óhajtvá várt üdőt, az melyben már üdőhalasztás nélkül valósággra köll beválni reménségünknek, és már mindenképpen való kétségünk kivetésivel, fundamentális végezésével dolgainknak nyilik utunk minnyájunknak, s hiszem Istent, minnyájunknak óhajtott ügyünk javára. Bár már csak addig tartaná Isten Kegyelme- teket életben, és ne érné oly rettenetes képtelen desperatiótól eredett confusio Kegyelme- teket, az kinek emlékezetétől is irtózom. Munkácsot ugyan s a többit már nem félthetem, *si vos viros esse volueritis*, mert már *non potestis prius perire, quam nos hicce elaborare, quae nos salvare et vos possint*; az nagy élő Istenemre kérem Kegyelmedet et vos omnes, perpendálja Kegyelme- tek már ezen kis üdőt, s persvadeálja másoknak is, *ne se praecipitent in die salutari, qui iam praesens est*. Istön megad s megvigasztal minnyájunkat, meglátja Kegyelmed s meglátja az is, az ki most nem hiszi is; az armistitium sem hiszem fölbomoljik, mert ha sinceritást bizonyítani akar, nem lehet üdőt ne adjon; *tempus non denegat, qui vitam dare cupit*; különben írása szerint is Kegyel-

¹ Április 11-én járt le a Rákóczi és Pálffy közt februárius 1-én kötött fegyverszünet.

² Azonban Péter czár — mint Rákóczi írta Vaynak április 22-én -- nem akarta fārasztani a fejedelmet ebbe a volhyniai faluba, hol romlott egészsége miatt pihennie kellett, hanem Javorówba tűzte ki a találkozást, hová április 24-én el is indult. (Arch. Rákócziánium, III. 330. és Rákóczi-Tár, I. 243—4.)

mednek, non potest elaborari et illud, quod ipsi cupiunt. Én azonban maradok

Kegyelmednek szolgáló jóakarója

G. B. Miklós mpr.

Ilvo, 10. Aprilis 1711.

Külczíme: Monsieur Monsieur Szent Ivánj Brigader³ de son Altesse Ser^{me} le prince de Transilvanie a Munkács.

(Eredeti, rendezetlen anyag.)

30.

Laski, 1711 november 22.

Gróf Esterházy Antal gróf Pálffy János tábornagynak.

Datum in arce Laski, 22. 9-bris 1711.

Méltóságos Generalis Marchal nagy jó Uram!¹

Noha Excellentiádnak írott ednihány rendbeli alázatos leveleimre semmi válaszat nem vehetém, mindazonáltal remélvén reám való neheztelésének enyhődését s nem különben magával született kegyeségével biztatván magamat, merészlettem ujobban is udvarolnom alázatos levelemmel, és ujobban szent Dáviddal kérnem: *Averte faciem tuam a peccatis meis et iniquitates meas dele, et notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam*; mert egész igyekezetem az, hogy mások által ösztönözött s ingerlett vétkeimet (valamint az előtt, annál is nagyobb mértékkel Excellentiádhoz való igaz kötelességemet) helyre hozhassam és mindenekben kegyes grátiáját elnyerhessem, kit ifjuságomnak s kit az világ csalárdságának tulajdonítván eddig elkövetett cselekedetimet, hiszem Istent, a midőn Excellentiád kegyes cooperatiója által is kimenetelem hazámban subsequálhatna, sokakban ártatlanságomat alázatosan repraesentálnom tudnám; de ámbár vétkesnek tanáltassam is, az 31. psalmusban azt mondja szent Dávid: *Beati quorum remissa sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata*; azért hogy az Úr Isten Excellentiádot is minden dolgaiban szerencséltesse és boldogétsa (kit szívem szerént kívánok) szegény bujdosó szolgálójához s atyjafiához méltóztassék inkább régi grátiáját, mintsem idegenségét mutatni, segétevén *in locis debitis* alázatos instantiámat, kibem is a midőn nagy reménsséggel inhereálni kívánnék, engedje az Úr Isten, hogy nagy hálaadással experiálhassam, és még élek hozzám nyujtandó grátiáját s kegyességét meg szolgálhassam; kívánván ezzel alázatos levelem tanálja

³ Sennyey Istvánnal együtt Szentiványi János, a palotások ezredese és brigadéros volt Munkács parancsnoka, de hosszabb ostrom után június 24-én a 4000 gyalogból és 500 lovasból álló őrséggel mindketten hűséget esküdtek a királynak. (Márki: Rákóczi III. 259.)

¹ Gróf Pálffy János tábornagy.

Excellentiádat kedves, friss egészségben s szerencsés órában, és maradok
 Excellentiádnak mint régi jó Uramnak igaz köteles szolgálja

Gf. Esterházy Antal² mpr.

P. S. Feleségem³ az Méltóságos aszszonynak velem együtt s úgy
 Excellentiádnak is ajánlja becsülettel való szolgálói köteles szolgálatját,
 kérvén az magam részéről ő Excellentiáját, ne jusson eszébe Királyfalva
 s ne vesse meg régi igaz szolgáját; talán, ha Isten éltet, az francia vagy
 török nyerességből annak építtetésére én is contribuálhatok Excellentiad
 commandója alatt. Bizony nincsen annyi hajszál az fejemben, a mennyiszer
 megbántam, de az meglett dologért kegyelmet kérek.

Külczimes lapja hiányzik.

(Eredeti, sajátkezü, 72. 37. sz.)

(Bécs.)

Közli: **Dr. Kluch János.**

² Ez a levél megmásítja Thalynak azt a vélekedését (Tájékoztató gróf Esterházy Antal tábori könyvéhez, X. lap), hogy a tábornagy „a fejedelemhez való rendíthetetlen hűségében egy perczre sem ingott meg“ s hogy „a szatmári béke föltételeit, bár tehette volna, nem fogadá el“. Egy perczre megtántorodott ugyan, de életét mégis a rodostói száműzetésben fejezte be 1722 augusztus 10-én.

³ Gróf Nigrelli Octavián cs. tábornok leánya, Mária-Anna.

⁴ Ezt 1704-ben Esterházy kuruczai szorongatták, pedig „bizony nem adná Királyfalvát Pálffy három Egren!“ (Arch. R. IV. 123.)